HIERONYMUS
2. Hälfte 12. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

illius mancipantur. Propterea autem gallorum gemitus homines effeminantur
ut qui urbem romanam ceperant hac feriantur ignominia. Istiusmodi
ydolatria erat in israel. colentibus maxime feminis beelphegor, ob seeni
magnitudinem quem nos priapum possumus appellare. Unde et asa rex
tulit excelsa de populo et huiuscemodi sacerdotes. et matrem de augusto
deposuit imperio. sicut scriptura testatur dicens. Et fecit asa rectum ante
conspectum domini sicut dauid pater eius. et abstulit effeminatos de terra.
purgauitque omnes sordes ydolorum quae fecerant patres eius. insuper et matrem
suam maacha amouit ne esset princeps in sacris priapi. et in luco quem
consecrauerat subuertit; speciem eius. et confregit simulachrum turpissimum. et combussit in torrente cedron. excelsa autem non abstulit. Ve
rumtamen cor asa perfectum erat cum domino cunctis diebus suis. Sciendum autem
quod in psalmo canderoth meretices sepeac i. sacerdotes priapo manci
patas uocat. In aliis autem locis uiros excelsos. libidine candesim legimus
ysaia dicente. KAICHMAIKATAKYPIEY. COYCANATWN. i. et inlusores do
minabuntur eorum. per quo in hebreo scriptum est. et candesin dominabuntur
eorum. quod nos in effeminatos uertimus. Aquila autem ENAIMAAASMENOIC
interpretans i. mutatus hoc ostendere uoluit quod suam naturam mutauerint et de uiris facti sunt femine. Symmachus eapiade ppriee
meretices appellauit. lxx. TETELECMENWIC. i. consecratos et initiatos
ut cultores ydolorum ostenderent. Theodotio KECWPICMENOIC i. a populo
separatur qui sibi uidebantur a uulgo aliquid plus habere. De uerbo
breuiter disseruimus. nunc ad sensum reuertamur capituli. Grandis
offensa est postquam peccauerit israel di non meteri. fornicatus fuerat israel
a domino deo suo. et spiritu fornicationis abductus. Ideo fornicantur filie eius
et sponsae et absque ulla uindicta suo scelere relinquuntur ut quod filii et
uxores uiro parere fecerant et maacha hoc liberis suis et uxoribus serua
ant. et ex proprio dolore intelligant dolorem dei. qui in tantum iratus est.
ut nequaquam punitat delinquentes. quod et apostolus ad romanos scribens. mys
tico sermone testatur dicentes enim se esse sapientes. stulti facti sunt et
mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corrup
tibilis hominis. et uolucrum. et quadrupedum. et serpentum. et qua cum ydo
lis fuerant fornicati. tali feriunt sententia. Propter quod tradidit illos
deus in desideria cordis eorum in inmundicia. ut contumeliis afficiant
corpora sua in semetipsis. qui commutauerunt ueritatem dei in mendacio
et coluerunt et seruierunt creature potius quam creatori. qui est benedictus
in secula amen. Ut autem scamus uisitationem quasi uulneratorum et